

7

nisi qui te diligit. Nigra sum. s; formosa sicut iherosolym. nigra
 in pressuris persecutionum: s; formosa in odore uirtutum.
 Sicut tabernacula cedari: sicut pelles salomonis. Quasi di-
 cat. in temptatione demonum sum obscura: formosa
 quidem mortificando carnalia desideria. Solite consi-
 derare quod fusca sum: quia decolorauit me sol. Quasi
 nolite mirari si hominibus despecta sum foris: ob temp-
 tationum estus. filij matris mee pugnauerunt contra me:
 posuerunt me custodem in uineis. uinea meam non
 custoditis. Quasi. acerbitas synagoge me fecit uinea
 in iherosolymis non custodire: sed multarum uinearum id est
 ecclesiarum portum esse custodem. Si ignoras te opulenta
 inter mulieres: egredere tibi post uestigia gregum.
 Quasi. si ignoras te sub huiusmodi temptationis dictione
 in esse sponsam: egredere a meo consortio. uarios erro-
 res errantium sequere. et pasce hedos iuxta tabernacula
 pastorum. id est. uicij perditos auditores qui a sinistris sta-
 tuendi sunt: quia doctrinam insipientium secuti sunt ma-
 gistroz. Equitatum meo in curribus pharaonis. assimilauit
 te anima mea. hoc est. sicut priorem prophetam de egypto li-
 beratum timore: sic sponsam meam de persecutione sum me
 confisa fueris liberabo manibus. Pulchre sunt genes tue.
 sicut turcarum. Quasi. tanta te uerecundie salutaris uirtu-
 te decorauit: ut castitatem purissimam fidei. nulla prauorum
 doctorum seductione corrumpas. Collum tuum sicut monilia.
 Aureulas aureas faciemus tibi. uimiculatas argento. In
 collo. doctores sancti designantur. in monilibus opera spiritus